ACCADEMIA NAZIONALE VIRGILIANA
DI SCIENZE LETTERE E ARTI

# ARCHIVIO STORICO DELLA VECCHIA ACCADEMIA

Parte II

DISSERTAZIONI ACCADEMICHE

# MEDICINA E VETERINARIA

**Busta 53/8**

Orsatto (Girolamo) Chir.go
Istoria (in Lat.o) di un infermo da lui curato.
Recitata nel dì 31. Genn.o 1777.

19. C.II.

Ea fuit omnium saeculorum semper probatissima opinio, ut Regna, et Imperia non tantum ab armorum strepitu, quantum a scientiarum, Artiumque cultura incrementum, decus, et securitatem suam cognoverint, cum ex ista fiat, ut in dies crescant, floreantque illi etiam, qui custodiendae non solum, verum, et regendae militiae destinandi sunt. Quod si verum est, uti verissimum esse illorum Statuum numquam satis deploranda conditio, in quibus vel nihili, vel parvi aestimantur scientiae, et Artes, infelici experientia semper demonstravit, quid boni non erit Nobis in Nostrae Patriae commodum ominandum dum in ea omnium scientiarum, Artiumque Accademiam tam praeclaram summa liberalitate, summoque Piissimae, et Peramantissimae Augustae Dominae amore institutam non solum, verum, et in dies conservatam et auctam videmus, admiramurque? Haec dum mecum volvebam mente, dumque grati animi in tam beneficam Institutricem effundere cogitabam affectus, mihi praesto fuit, me melius non posse meae devotionis argumentum exhibere, quam tota mente, totoque homine in id incumbere, quod possit ad artis meae, Humanae Societati tam utilis, et necessariae, quantum ingenii mei tenuitas patitur, perfectionem conducere. Sicut porro Ars nostra ob difficilem casuum, qui quotidie contingunt, varietatem, nullum cognoscit limitem, ita

ita ut nemo in ipsa suscipienda desperet atque
utilior evadat, optimum semper illorum consilium
servi, qui illos describere, aliisque notos facere cu-
rarunt casus, quibus Phaenomeni ratio omni ex parte
competit. Horum unum, nisi multum mea me
fallat opinio Auditores Ornatissimi, Vobis hodierno
sermone patefacere decrevi, quoniam tanto me
honorastis honore, ut dignus factus sim, qui ver-
ba coram spectatissimo vestro conspectu habere
possim.

Dixi. Joannes Baptista

Joannes Baptista Barzachi annum quinquagesimum circiter aetatis
agens, temperamenti sanguineo-biliosi; habitus corporis mediocris,
cum decimo octavo kal. septembris anno 1735 ad gratiarum nun-
tinas ut RR. MM. carmelitarum Mantuae negotia peragerent, se confer-
ret, Hetruriae è equo ita praecipitanter in terram proruit, ut eum
peremptum dicere, nisi respiratio, et pulsus, aliqua licet
extrema vitae indicia significassent, eoque magis quia ipso
lapsus momento, ex ore, naribus, atque oculis, sanguinem effudit emi-
sit. Infelix vir omnibus, qui occurrerunt admirationi, et
compassioni fuit in publica via, donec aliqui pietate moti
in proximam campanam eum trahere decreverunt. Tanti
infortunii vox cum primum ad moniales pervenit, mihi de-
mandarunt, ut nulla interposita mora, licet hora esset
quarta noctis eiusdem diei, ad eum sublevandum, quan-
tum ars mihi suppeditabat, properarem. Quod statim
feci, et re a chirurgo ibi degente perictim recollecta aegro-
tantis curam sum aggressus. Nil itaque peractum erat
praeter missionem sanguinis. nam sicuti putabatur suum
suum soporem ab effusis intra cranium humoribus ven-
nire, ita sine terebratione solamen ullum ei prove-
ni posse credebatur. Ego vero ex uno alteroque praeci-
in ipso temporis articulo sanguine emisso, clysmata mane singulo applicanda pede
cepi, atque praecisis capillis, sub sincipite, quod prae-
re concessum erat, fomenta cephalica saepe, eo summope-
die renovanda praescripsi. Sole quasi meridiano ad eluvies in
iterum me contuli, et quoniam hunc semper, ad aegrum
loquela adhuc destitutum inveni, motu, et
tionem iterum non renui devenire. ad motum venae sec-
die videns, quod remedia hactenus adhibita nullum Postridua vero
tanti attulerunt adiumentum, occipitales venas illi aegro-
rire decrevi; et etiam hac peracta celeberrima ape-
opine
si

si nullum solitum breve levamen ~~attulit~~ expertus esset, postero mane temporalis arteriae sinistrae sectionem instituisse non me poenituit. de facto non nullis inde remediis interne datis septa apparente die, suspiria ducens se excepit, et tantillum coepit levari, sed quasi lethargicus homo infortunii immemor dubitat, incertusque, undique haeret, et stupuit. Aliqui ei cognatione coniuncti huiusmodi arrepta occasione, ut aegro facilius opem possent praestare, inconsulto meridiano aestuante sole eum ~~Neapolim~~ transferri curaverunt; ad quem vocatus cum ego accurrerem eum delirantem inveni, facie truci oculis rubeis, ac protuberantibus aspectuque vultuoso. Quapropter statim ad iteratas sanguinis missiones, pediluvia, vesicatoriaque clysteresque confugiendum fore putavi. Dum morbus nullatenus inveteratus [?], eo febris apparuit, et praeter ipsius febris aestum deliria aliquando, interdum sopores, saepe taciturnitates, verumque inscitiae subortae sunt, omnia per quindecim, et ultra dies perduraverunt, licet omnino evanuisset externa contagio, et solum apparente quodam duro, atque elastico inter aurem parotidemque sinistram ~~[illegible]~~ tumore, paulisper cognitione usus, et ad loquelae integritatem coepit cohorte tamen iam decorum phenomenorum ~~[illegible]~~ interrupta redire. Tumor iste paucis post diebus lactis, panisque cataplasmate curatus aliquantulum resolutus comparuit.

Cum auditus viri clarissimi receptam loquelam, imminentem tumorem, volite indicare de integra duorum [?] hominis sapor, et delirium non quidem semper, et continuo, sed interrupte, nimboso meo videri id praestante coelo, apparuerunt, et omnes ~~motus~~, functionesque animales inversae. Quibus omnibus ut occurrerem ad octavam sanguinis missionem facilis deveni. Et increscente sopore sinapismata, epispastica balnea et aplicui. Verum

verum

verum haec omnia frustra adhibui, cum solum recensita
phenomena cessaverit, quando parotidis tumor, serenante
coelo, iterum adaugeri coepit. Tumor iste durus, atque
elasticus, ut supradictus, majori rubore, et dolore affectus
comparuit. Hunc lactis, et panis emplastro curatum primis
fluctuationis indiciis perfodi, ex quo tenuem ichorem nota-
bilis aeris portioni commixtum sensibili sibilo patefactae
exire percepi. Simptomata omnia pedetentim evanue-
runt, iamque singulae actiones vitales, et naturales re-
stitutae sunt Aegro, viresque iamdiu amissas, ita coepit Aeger
recoligere, ut septem in rectitudine habitis hebdomadibus in
pristinam, quam desperabat amplius recipere sanitatem vindi-
catus sit; nullam aliam mali reliquiam habens, quam quoddam
murmur internum, quod etiam tempore morbi accusaverat,
quodque in aeris tinnitum tandem resolutum tamdiu
perduravit, ut nunc etiam totaliter non cessaverit.

Quae ex huiusce facti veritate ipse inferenda duxi vobisque
praecipue comprofessores communicanda putavi haec sunt. Igi-
tur huiusce tumoris originem non ex metastasi ortum
duxisse, ut quidam senserunt, sed ex aere vel ab eius-
dem cerebri vasis, iam contusis, et fractis ipso contusio-
nis momento, propria vi exercitato vel alicuius cerebri
partis inflammatione rarefacto eum provenisse mea fere
opinio, neque sine saltem probabili coniectura haec
mea opinio fuit. Scimus enim ex Phisicis hanc in primis
esse aeris indolem, ut statum fixum in elasticum et elasti-
citatis statum in fixum quandoque mutet: ergo fixus
aer hospitans inter cerebrum naturali calore vel infla-
mationis rarefactus elasticitatem obtinuit, quae prout
magis vel minus ad actum expedita erat, etiam
magis vel minus agebat, ideoque modo majori, modo

minori

minori impetu ipsum cerebrum diversimode irritabat, comprimebat, atque commovebat, et sic varios diversosque motus in cerebri fibris inducebat: unde nil mirum, si enunciata pandebantur phenomena, seu si nunc soporosus, nunc haerens, et stupefactus jacebat infirmus.

Sed iam vos anxie quaerentes observo, ut modum vobis exponam, quo iste rarefactus aer potuit ab internis ad externas apellere partes, et in rumorem manifestari. Sane si ullo unquam tempore tremenda mihi apparuerunt terranica mea, hoc certe est, cum ab arte ut nota quae nihil mihi certi in hac re succurrat veluti relictus haeream. Si tamen aliquid divinando exponere licet, dicam per aliquod suturam seiunctam (forsan ossis temporum ab osse sincipitis, cui incumbit) vel per aliquod ex foraminibus, quae in timpani auriculae cavo inveniuntur, vel denique per aliquod ex multis, quae in cranio ad vasorum, nervorumque viam pertinentia observantur aerem praedictum aditum sibi ad foras erumpendum aperuisse, et hoc eo fidentius dico, quia superius memorata interni murmuris, et auris tinnitus phenomena rem magis confirmare videntur.

Rem habetis ~~doctrinae~~ hypotesi vel praestantissimi ~~[illegible]~~ sincere expositam. Siquidem in ea deprehendere vobis datur, quod non omnino inculpandum existimetis, et ipse velim; si vero aliquid, vel totum, ut aliqui fecerunt, reprehendendum putatis, scitote quod bona certe mihi non defuit voluntas, et dummodo bona me mea recreet conscientia, aliorum non perturbor oblaterationibus. Semperque illud Cl. Alberghetti menti fixum haerebit meae (nempe = cum meorum laborum obiectum veritas sit, patet illico, me nequaquam contendere, ut mea dicta omnem a se removeant controversiam, ac proinde sacrorum dogmatum rationem habere debeant apud homines. &c.

Reliquum est ut ad vos socii humanissimi, sermonem convertam meum vosque Tullii verbis aloquar, quibus advertit duo ita nos maxime movere, similitudinem, et exemplum. Scilicet si quid vobis occurrerit,

quod

quod aliquid novitatis sapiat, ne animo excidatis quaeso, sed scitote, quod a vestra industria, improboque labore vestro suum extensiorem, rapidioremque cursum expectat praeclara facultas nostra, et haec semper dilecta Patria ad quae vos maxime allicit celebris haec Accademia praestantiorum per literarium mundum late patentium, quae gloria vestigia, tam gloriose calcat. dicebam